



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

N. I. Unterschriebner Chur-Brandenburglicher Æquivalent-Punct.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1648.
Mart.

Unter Pfalz nachgegeben, es nochmals dabey bewenden lassen, jedoch auf solchen Fall, wann der Friede erfolge.

Pfalz-Neuburg: Was Altenburg protestando eingewendet, verstehe er dahin, daß obbemeldte Clausul gang aus dem Instrumento zu lassen sey. Wofern es aber nicht zu erhalten stünde, habe er seine Meynung eröffnet, wie selbige einzurichten sey. Denn es geschehe denen Häusern zum besten, die an den Jülichischen Landen interessiret wären. Reservirte im übrigen Sr. Fürstlichen Durchlaucht Jura an den Jülichischen Landen, und also auch gegen Pfalz, Beldens, dann selbige Protestation ohne Zweifel und vornemlich auf dasjenige gerichtet, was wegen der Pactorum gentilitiorum gesetzt worden. Wesenbeck: Wollte wegen der Jülichischen Landen in Nahmen Sr. Churfürstlichen Durchlaucht omni meliori modo reprotestiret haben. **Kettersberger:** Der Protestationen gesehen so viel, daßer sie nicht behalten könnte, man solle sie ihm schriftlich übergeben.

A parte Altenburg wurde endlich erwehnet, die Catholischen erinnerten sich, was die Evangelischen wegen Nachen in puncto Gravaminum gesucht; weil man aber den Frieden deswegen nicht aufhalten wollen, so reservirte man sich doch Evangelischen theils, auf künftigen Reichstag und andern Gelegenheiten, die Nothdurff deswegen zu suchen ic.

Hierauf wurde die Pfälzische Sache, das Chur-Brandenburgische Equivalent nach der Anlage sub N. I. und das Braunschweigische, wovon unten Lib. XLVII. ausführliche Meldung geschehen wird, jedes in 4. Exemplarien von dem Chur-Maynzischen Canslar und dem von

Thumshirn unterschrieben, und wurde das Datum auf den 17. Mart. um des willen zurück gestellt, weil selbigen Tages, der ersten Verlassung zu Folge, alle Subscriptiones hätten geschehen sollen. Als mehrermelder Canslar gedachtem Chur-Brandenburgischen Abgesandten ein Exemplar zustellte, sagte er dabey: Da habt ihrs, aber ihr und eure Nachkommen werdet schlechten Seggen dabey haben ic. Alleine Wesenbeck replicirte: Die Calvinisten (welcher Religion er zugethan) nehmen die Stiffter darauf hin ic.

Nach diesem erhuben sich sofort die Altenburgischen nebens den Fürstlich-Weymarischen und Braunschweig-Zellischen Gesandten, zu denen Schwedischen und referirten ihnen, daß nunmehr diesen Mittag, von Seiten der Stände beyder Religionen, so wohl die Equivalent-Puncten, als auch die Pfälzische Sache unterschrieben worden. Graf Drenstern bedankte sich der Apertur und sagte, er hörte gern, daß die Equivalencia unterschrieben wären, that aber als wenn er überhöret hätte, daß man der Pfälzischen Sache auch gedacht. Als aber die Altenburgischen derselben nochmal erwehnten, fragte er, gleichsam als verwunderte er sich darüber, und ob wäre es ein unermuthet Werk: Ob die Pfälzische Sache dann auch unterschrieben? sagte dabey, er habe dasselbe nicht vermuthet. Als aber jene andeuteten, daß er ja selbst gestern damit zu frieden gewesen, lachte er und sagte: *Transeat hoc cum ceteris erroribus:* man müsse sich so stellen, als wenn es von den Ständen herkomme, und solches wegen der Casselschen, die es nicht gerne würden hören. Die Stände müsten die invidiam auf sich nehmen ic.

N. I.

Diß. Osnabr. 17. Mart. An. 1648.
sub. Direct. Altenb.

Chur-Brandenburgischer Equivalent-Punct.

Repetitis conditionibus Præliminaribus, Articulo de Reformatione Justitiæ præfixis, de Equivalente Brandenburgico convenit, ut sequitur:

Eeeee 3

Pro

1648.
Mart.

Subscription
der Stände in
der Pfälzischen
Sache, dann über das
Chur-Brandenburgische
und Braunschweigische
Equivalent.

1648.
Mart.N. I.
Ehre- & Wan-
denburgischer
Äquivalent-
Punct.

Pro æquivalente autem Recompensatione Electori Brandenburgico, Domino Friderico Wilhelmo, quod ad promovendam Pacem Universalem Juribus suis in Pomeraniam Citeriorem & Rugiam, una cum Ditionibus locisque supra annexis cesserit, præstanda, Eidem Ejusdemque posteris & Successoribus, Hæredibus atque Agnatis Masculis, cum primis Dominis Marchionibus Christiano Wilhelmo, olim Administratori Archi-Episcopatus Magdeburgensis, item Christiano Culmbacensi & Alberto Onolzbacensi, eorumque Successoribus & Hæredibus Masculis, statim ac Pax cum utroque Regno & Statibus Imperii composita & ratificata fuerit, a Sacra Cæsarea Majestate de consensu Statuum Imperii & præcipue interessatorum, tradatur Episcopatus Halberstadiensis, cum omnibus Juribus, Privilegiis, Regalibus, Territoriis & Bonis Secularibus & Ecclesiasticis, quocumque nomine vocatis, nullo excepto, in perpetuum & Immediatum Feudum. Constituatur item Dominus Elector statim in possessione ejusdem quietæ & reali, eoque nomine Sessionem & Votum in Comitibus Imperii & Circulo Inferioris Saxonie habeat; Religionem autem & Bona Ecclesiastica in eo statu relinquat, quemadmodum per Dominum Archi-Ducem Leopoldum Guilielmum, inita cum Capitulo Cathedrali Pactione, ordinata fuerant. Ita tamen, ut nihilominus Episcopatus Domino Electori totique Suae Domui, & Agnatis Masculis supra nominatis, cum eorum Successoribus & Hæredibus Masculis, ordine, quo sibi invicem succedent, hæreditarius maneat, atque Capitulo nullum Jus in eligendo & postulando vel etiam regimine Episcopatus, & iis, quæ eo pertinent, reliquum sit, sed modo dictus Dominus Elector & juxta ordinem successorium reliqui supra nominati ea potestate in hoc Episcopatu utantur, qua reliqui Principes Imperii in suis territoriis utuntur: Liceatque partem quartam Canoniciatum (excepta Præpositura in hanc computationem non numeranda) decedentibus successu temporis modernis eorum Possessoribus Augustanæ Confessioni addictis, extinguere, eorumque reditus Mensæ Episcopali incorporare. Quod si tot Canonici Augustanæ Confessionis non sint, qui quartam Partem totius corporis Canoniorum, dempto Præposito, conficiant, numerus suppleatur ex Catholicorum decedentium beneficiis.

2.) Cum etiam Comitatus Hohensteinensis pro ea parte, qua Feudum est Episcopatus Halberstadiensis, consistens in duabus Dynastiis sive Præfecturis, Lora & Kleutenberg, & quibusdam Oppidis, una cum eo pertinentibus Bonis & Juribus, post ultimo defunctum Comitem hujus familie eidem Episcopatu applicatus, atque a Domino Archi-Duce Leopoldo Guilielmo, tanquam Episcopo Halberstadiensi, hætenus possessus fuerit, hunc eundem Comitatum porro quoque penes istum Episcopatum irrevocabiliter permanere placuit, adeo, ut Domino Electori tanquam Hæreditario Possessori jam dicti Episcopatus Halberstadiensis, de memorato Comitatu disponendi libera facultas esse debeat, non obstante, nec vigorem habente ulla contradictione, quæ a quoquam in contrarium moveri possit.

Teneatur idem Dominus Elector Comitatem a Tettenbach in possessione Comitatus Rheinstein conservare, eidemque Investituram a Domino Archi-Duce de consensu Capituli concessam renovare.

3.) Eidem Domino Electori pro se & Successoribus suis supra scriptis, tradatur Episcopatus Mindanus cum omnibus Juribus & Appertinentiis, pari ratione, ut ante memoratus Episcopatus Halberstadiensis in Feudum perpetuum a Sacra Cæsarea Majestate de consensu Statuum Imperii, statimque post conclusam & ratificatam hanc Pacificationem Dominus Elector, pro se & suis Successoribus, in possessione ejusdem quietæ & reali constituatur: eoque nomine Sessionem & Votum in Conventibus Imperii Universalibus

1648.
Mart.

1648. salibus & Singularibus, ut & Circuli Westphalici, obtineat. Salvis tamen
 Mart. Civitati Mindensi suis Regaliis & Juribus in Sacris & Profanis, cum mero &
 mixto Imperio in Criminalibus & Civilibus, præsertim Jure districtus ejus-
 que Jurisdictionis exercitio, concesso, & pro nunc apprehenso, aliisque
 Ufibus, Immunitatibus & Privilegiis circa pristina Jura ipsis legitime com-
 petentibus, ita tamen, ut Pagi & Villæ Domusque, ad Principem, Capitulum
 totumque Clerum & Equestrem Ordinem pertinentes, & respectivo in di-
 strictu & intra mœnia Civitatis sitæ, omnino excipiantur, & de cætero Jus
 Principis & Capituli inviolatum maneat.

4.) Dicto Domino Electori & Successoribus suis Episcopatus quoque
 Caminensis, in Feudum perpetuum ab Imperatore & Imperio concedatur,
 eodem plane jure & modo, ut supra de Episcopatu Halberstadiensi & Min-
 dano dispositum est, sed cum hoc tamen discrimine, ut in Episcopatu Cami-
 nensi integrum sit Domino Electori, Canonicatus post decessum præsentium
 Canonorum extinguere, atque sic successu temporis totum Episcopatum
 Ulteriori Pomeraniæ adjungere seu incorporare.

5.) Similiter concedatur Domino Electori expectantia in Archi-Epi-
 scopatu Magdeburgensem, ita quidem, ut quocumque eundem mor-
 te aut successione in Electoratu, vel quacunque alia cessione præsentis Ad-
 ministratoris Domini Augusti, Ducis Saxonie, vacare contigerit, totus iste
 Archi-Episcopatus cum omnibus eo pertinentibus Territoriis, Regalibus
 & Juribus, prout supra de Episcopatu Halberstadiensi dispositum est, Do-
 mino Electori suisque Posteris & Successoribus Hæredibus & Agnatis Ma-
 sculis, non obstante ulla Electione aut Postulatione interea temporis sive clam
 sive palam facta, tradatur & conferatur in Feudum perpetuum, sitque ei-
 dem vel iisdem jus, autoritate propria vacantem apprehendendi possessio-
 nem. Interea autem teneatur Capitulum una cum Ordinibus & Subditis
 dicti Archi-Episcopatus, statim conclusa Pace prædicto Domino Electori &
 toti Domui Electorali, pro se atque omnibus in ea Successoribus, Hæredibus
 atque Agnatis Masculis, se Sacramento Fidelitatis & Subjectionis in even-
 tum obstringere. Civitati vero Magdeburgensi pristina sua Libertas &
 Privilegium Ottonis I. die septimo Junii Anno 940. (quod etiam si tempo-
 rum injuria deperditum, ad preces ejusdem humiliter porrigendas, a Cæ-
 sare Majestate renovabitur) tum etiam Privilegium muniendi & fortifican-
 di ab Imperatore Ferdinando II. concessum, quod cum omnimoda Jurisdi-
 ctione & Proprietate ad quadrantem miliaris Germanici extendatur, sicut
 & reliqua illius Privilegia & Jura in Ecclesiasticis & Politicis, salva & invio-
 lata maneant, cum inserta clausula, quod in præjudicium Civitatis readi-
 ficari non debeant Suburbia.

Cæterum quod ad quatuor Dynastias seu Præfecturas, Querfurt, Gü-
 terbock, Dam und Bureß attinet, cum illæ jam olim Domino Electori Saxo-
 niæ traditæ sint, in ejusdem quoque Ditione permaneant in perpetuum, cum
 hac tamen Reservatione, ut, quæ hæcenus ratione earundem ad Collectas Im-
 perii & Circuli contributa fuit quota, a dicto Domino Electore Saxonie im-
 posterum exsolvatur, eaque Archi-Episcopatu dematur, & hujus rei ratione
 expressa fiat provisio in Matricula Imperii & Circuli. Ut autem inde
 causata imminutio reddituum Cameralium & ad Mensam Archi-Episcopa-
 lem pertinentium aliquatenus refarciatur, jam dicto Domino Electori Bran-
 denburgico & Successoribus suis, non solum statim post conclusam Pacem
 Præfectura Egein, quæ alias ad Capitulum spectabat, pleno Jure possiden-
 da & fruenda tradatur, cassato Processu a Comitibus de Barby aliquot ab-
 hinc annis desuper moto; sed etiam facultas sit, obtenta Archi-Episcopatus
 posses.

1648.
Mart.

possessione, quartam partem Canoniatuum Cathedralium illis decedentibus extinguendi, eorumque redditus Camerae Archiepiscopali applicandi; Quae verò debita a praesente Domino Administratore Augusto, Duce Saxoniae, haecenus contracta sunt, ex redditibus Archiepiscopalibus, existente modis supradictis casu vacantiae & devolutionis dicti Archiepiscopatus ad Dominum Electorem Brandenburgicum & Successores suos, nequaquam dissolvantur, neque integrum sit dicto Domino Administratori, posthac novis debitis, oppignorationibus & alienationibus saepe dictum Archiepiscopatum in praesudicium Domini Electoris ejusque Successorum, Haereditum atque Agnatorum masculorum, quoquo modo onerare.

1648.
Mart.

6.) In his verò Domini Electoris Archiepiscopatibus, de caetero salva maneat Ordinibus & Subditis competentia eorum Jura & Privilegia, cum primis invariatae Augustanae Confessionis Exercitium, quale nunc ibi viget, nec minus locum habeant ea, quae in puncto Gravaminum inter utriusque Religionis Status & Ordines Imperii transacta & conventa sunt; quatenus scilicet non adversantur illi dispositioni, quae supra in Article V. de Gravaminibus § 8. continetur, incipiente; Qui Archiepiscopatus, Episcopatus & aliae Fundationes atque Bona Ecclesiastica &c. & finiente: inviolabiliter conserventur; Utpote quem aequè hic valere debere, ac si verbotenus insertus esset, & supra dictos Archiepiscopatum & Episcopatum haereditario & immutabili jure apud Dominum Electorem atque Domum Brandenburgicam, omnesque in ea Successores, Haereditas & Agnatos in perpetuum, plane ut de reliquis terris ipsorum haereditariis juris est, permanere oportet. Ratione Tituli autem conventum est, ut jam dictus Dominus Elector cum tota Domo Brandenburgica, & in ea omnes & singuli Marchiones Brandenburgici, Duces Magdeburgenses & Principes Halberstadtenses & Mindenses appellentur & scribantur.

7.) Regia quoque Majestas Sueciae restituat Domino Electori pro se & Successoribus suis Haereditibus atque Agnatis Masculis 1. Reliquam Pomeraniam Ulteriorem cum omnibus appertinentiis, bonis & Juribus Secularibus & Ecclesiasticis, pleno jure, tam quoad Dominium Utile, quam Directum: Deinde Colbergam cum toto Episcopatu Caminensi omnique jure, quod Ulterioris Pomeraniae Duces hucusque habuerunt in collatione Praelaturarum & Praebendarum Capituli Caminensis, ita tamen, ut salva maneat Jura Regiae Majestatis Sueciae supra concessa, atque Ordinibus & Subditis in restitutis partibus Ulterioris Pomeraniae Episcopatuque Caminensi competentem eorum libertatem, bona, jura & Privilegia secundum tenorem Literarum Rev. salium (quibus etiam Ordines & Subditi dicti Episcopatus gaudere debent, ac si iis directe datae essent) cum libero Augustanae Confessionis Exercitio juxta invariatae Augustanae Confessionem, absque ulla perturbatione perpetim fruenda, circa homagii renovationem & praestationem omni meliori modo confirmet & conservet. 3. Omnia loca, quae praesidiis Svecicis infesta tenentur per Marchiam Brandenburgicam. 4. Omnes Commendae & bona ad Ordinem Equestrem Divi Johannis spectantia, quae extra territoria Regiae Majestati Regnoque Sueciae cessa continentur, una cum Actis & registis caeterisque literariis Documentis Originalibus, haec loca juraque restituenda concernentibus: communibus verò & utramque nempe tam Citeriorem quam Ulteriorem Pomeraniam afficientibus, in authentica & probante forma, quae in Archivo & Chartophylacii Aulae Stetinensis vel alibi intra vel extra Pomeraniam reperiuntur. Acta & conventa sunt haec Ostia-brugis d. 3. Mart. Anno 1648.

N. Georg Reigersperger.

Wolff Conrad von Thumshirn.

§. XXIV.